



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

444. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Item de pretio unius anni.

CCCCXLII. Primo anno quidam permiserunt triduanas quatuor, alij duodecim triduanas, id est, semel in mense uno. Quidam dixerunt triduanas agere in verberibus & vigiliis insistendo triduum.

De redemptione unius diei.

CCCCXLIII. Pretium autem unius diei id est agapen duorum vel trium pauperum, sive unum denarium. Alij totum psalterium in æstate, in hyeme verò & in verno vel in autumno psalmos quinquaginta. Quidam iudicaverunt duodecim plagas vel percussiones.

Item de redemptione unius diei.

CCCCXLIV. Qui itaque hoc quod in Pœnitentiale scriptum est implere potuerit, agat Deo gratias. Qui autem non potuerit adimplere, consilium damus per misericordiam Dei. Inprimis pro uno die in pane & aqua quinquaginta psalmos cantet genu flexo, aut stando in uno loco septuaginta decantet, aut unum denarium det, aut tres pauperes pascat. Quidam dicunt quinquaginta percussiones vel quinquaginta psalmos pro uno die in autumno, hyeme vel verno centum percussiones vel psalmos quinquaginta, in æstate psalterium unum vel percussiones centum.

Item de redemptione trium annorum.

Burchard. lib.
19. c. 23.

CCCCXLV. Qui non potest sic agere